





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-593968-p0002-9

DFG

ca. 1614. v. 6

4

23

## Disputatio Iuridica, continens

Selectiores vsuq; frequentes aliquot controuersiæ ad l. fin.

C.de pact. & c. quamuis 2. eod. in 6. accommodatas.

PRAE SIDE HEN. AND. CRANIO D.

Respondente THEODORO VVEINGK.

Materiam hanc subtilitate profundam, utilitate famosam, vsu frequentem, notabilem, auro argentoq; plenam, Bart. Castr. Ias. & Dd. commun. uno ore prædicant, eamq; perfectâ cognitione dignam, in l. fin. C.de pact. & c. quamuis 2. eod. in 6. commendando inculcant; horum itaq; doctrinæ posteritati relictæ & vestigijs inhærentes, operæ precium facturos nos existimamus, si breuiter eam certis cōclusionibus comprehensam examini publico subijciam⁹.

### CONCL VSIO I.

**A**citâ naturæ lege, bona liberis deberi, satis pro regula fuisse, nisi malum illud omen de incremento litium, quibus non sine publico, priuatoq; discrimine vndiq; tribunalia fatigari cernimus, ad aliarum saluberrimarum constitutionem, Impp. animos impulisset.

¶ Ex ijs autem indubitata regulam agnoscimus, hereditatem vel ex testamento, vel ab intestato deferri posse; suis & proximioribus cuiuscunq; sexus vel conditionis, vtrouis modo, §.5. Inst. de exhered. lib. l. 4. C.de lib. præt. tam natis, quam nascituris, §.1. Inst. d.t. Nou. 115. c. 3. §. fin. Inst. qui test. tutor. l. 5. 6. ff. de test. tut. & t. t. de hered. qua ab intest. def. arg. l. quam diu. 39. l. 70. de acq. hered. Nou. 118. nisi ex legitima causa exheredentur: Extraneis, nisi sola institutione, vel substitutione, quatenus de iure habiles iudicentur. † Sed cum de forma testamentorum, & modis, quibus hereditas deferatur, hac vice pluribus agere non sit animus; sepositis ijs, in pactorum materiam circa successiones

A

siones

siones incidentem inquirere libet, an, & quomodo pactis detur, eidem-  
que renuncietur, & quibus modis ab illa quis excludatur.

II.

Pactio[n]es in genere sunt duorum vel plurium inter se[nt]e  
in vnum placitum conuentio[n]es, ad dandum, vel faciendum  
initae, quas propter humanae fidei congruentiam, prætor le-  
gis minister custodit, nisi lege, vel naturâ impossibiles sint.

¶ Ex hisce quedam improbantur, aut ratione personarum, vel ratione  
rerum, priori casu; (1.) vt inter patrem & filium, Mozz. de con-  
tract. artic. 7. n. 3. & 23. cum seqq. Bart. in l. frater à fratre. 38. ff. de cond.  
indeb. Nisi iuramento contractus sit confirmatus, ubi patriam pote-  
statem non attendit tradit Ascan. Amer. in tract. de patr. potest. c. 3. n. 2.  
circa fin. per c. fi. de indic. in 6. vel nisi lex ipsa sine partium conuen-  
tione tacitam obligationem inducat, prout latè Sichard. in l. 6. n. 26.  
C. de sec. nupt. & in l. 3. n. 1. C. de collat. (2.) inter virum & vxorem,  
quando donationem sapit. t. t. ff. & C. de don. inter vir. & ux. quæ re-  
gulariter prohibita est: nisi fiat in casum non existentis matrimonij, arg.  
l. si spons. s. §. 8. l. 50. ff. d. t. aut pro sustentatione amicorum & sanguine  
iunctorum, ob fauorem alimentorum, honoris & dignitatis adipiscendæ  
causâ, l. 40. l. 42. ff. l. 21. C. d. t. Sichard. in auth. permissa. §. simplices n. 3.  
C. d. t. vel nisi reciproca fuerit, aut alteruter non sit factus locupletior,  
alter. Autem pauperior, Treutl. vol. 1. disp. 6. th. 6. vol. 2. disp. 19. th. 4.  
(3.) Inter officialem & subditum, l. 3. l. quisquis. 16. C. si cert. pet. l.  
vnic. C. de contr. indic. l. 33. ff. si cert. pet. l. 62. ibi q. Bart. l. 46. ff. de contr.  
empt. ¶ Vnde apparet non solum in fœnore; verum etiam alijs contractibus  
obtinere ad crimen concussonis euitandum. Quod tamen cum Dd.  
com. restringendum ad eos, qui in prouincia agunt; quia ibi libe-  
rior grassandi facultas, Gothofr. in d. l. vn. non ad vrbanos aut no-  
strates, cum lex de aliunde conquisitis nihil boni præsumat: In perpetuis  
limitatur, ut cum hominibus sibi subditis contrahere non prohibeantur:  
temporales autem in vniuersum; nisi Respublica, aut necessitas  
aliud suadeat: dum enim in mora exigui temporis exiguum est pe-  
riculum, l. si debitori 21. ff. de ind. exspectent potius donec officio ab-  
eant, ne, dum tales ad rem plerumq; attenti sunt, fraudibus & im-  
postu-



posturis fenestra aperiatur, Sichard. in d. l.3. C. præall. loc. (4.) Inter furiosum & prodigum cum alijs paciscentem, cum similibus vulgat. iur. de quibus plura apud Mozz. d. loc. vbi 13. defectus potiores recenset. vide Borch. tr. de pact. c. 3. per tot. Treutl. d. disp. 6. th. 5. Iohan. Dauth. in c. quamvis. d. t. n. 48. vbi in terminis tenet, prodigum negat de hereditate pacisci, aut eidem renunciare posse. Zaf. in l. 61. de V. Obl. Bald. in l. 7. quæst. 7. n. 12. C. de collat. posteriori casu (scil. ratione rerum improbantur pacta) propter turpitudinem adhærentem, l. 7. de V. O. Sichard. in l. 8. C. de condic. ob caus. n. 1. & 2. l. 3. ff. de cond. & dem. l. 31. ff. de O. & A. Ferrar. in forma libel. quo ag. ut pact. seru. n. 2. Borch. tr. hic c. 5. n. 95. & latè seqq. vbi nouem generalegibus improbata commemorat.

## III.

Pactorum quædam obligatoria sunt, quædam liberatoria: illa, per quæ quis adstringitur; hæc, quibus ab obligatione quis eximitur. De priori igitur genere primùm agemus, siquidem nulla liberatio est, nisi obligatio presupponatur. Ac primò admodum dubia & controversa suboritur quæstio. Utrum pactum de futura successione subsistat? Regulariter nego.

¶ Quando enim de successione vnius solum partis simpliciter & absolute agitur, tum omni iure prohibitum est, l. hereditas. 5. C. de pact. conu. l. pactum. 15. C. de pact. l. cum donationis. 34. C. de trans. l. ex eo. 4. C. de inut. stipul. l. stipulatio hoc modo. 61. ff. de V. O. l. 30. C. de pact. l. 6. C. eod. Quia (1.) non tantum votum captandæ mortis inducitur; verum (2.) etiam libera testandi facultas, quæ non priuati, sed publici juris est, adimitur, l. ius publicum. 38. ff. d. tit. l. 3. vbi Cuiac. & Gothofr. Hotom. Vult. in pr. Inst. quibus non est permis. fac. test. Treutl. vol. 2. disp. 10. th. 1. lit. c. cùm (3.) & pactis ut dari, ita nec adimi hereditas possit: in iis enim dum alterutra parte inuita pœnitere non licet, ratio l. 1. C. de SS. Eccles. euertitur. † In quo à donatione omnium bonorum discrepat, quam fieri posse in confessio est, secund. com. arg. l. obligatione. 9. ff. de pign. & hypoth. quæ non omnia alienatione generali comprehendi innuit non obscurè Costal. in l. 3. ff. famil. ercisc.

A 2

Gœdd.

Gœdd. in l. 49. de V. Sign. sed feuda excipiuntur, Gail. lib. 1. obs. c. 117.  
& late Schneider. in §. alia, Inst. de don. Geil. 2. obs. 154. n. 6. text. in c. vn.  
§. in generali, lib. 2. F. 26. arg. l. 41. ff. de Re. Ind. l. stipendia. 4. C. de execut.  
rei indic. item tacitè sibi quædam, de quibus testari possit, reseruaf-  
se intelligitur præsumptione iuris, nec futura comprehendisse,  
quia stricti iuris est, & votum captandæ mortis cessat: nam aut fa-  
cta est statim traditio, & res caret dubio: aut sub conditione vel  
post mortem donantis, & interest donatarij propter accretionem  
bonorum donantem diu viuere, Arum. exerc. Iustin. 6. th. 15. Mozz.  
art. de don. c. 4. Gotofr. in d. l. 15. C. hic. & in l. 61. de V. O. Geil. lib. 2.  
pract. obs. 126. Borch. d. l. n. 59. vbi diuersum statuunt, si ita donau-  
rit, vt de residuo testari nequeat, Gœdd. in l. 3. de V. S. n. 33. & seqq.  
Clar. lib. 4. sent. §. don. ¶ Nec iuramento confirmatur, quia impro-  
bum votum, & heredis institutionem continet, quæ, vt dictum, pa-  
ctis non relinquitur, vide omnino Mozz. d. c. 4. n. 6. vbi limitat non  
procedere, (1.) si ob causam dotis omnia bona donata sint speciali fauore  
Boér. decis. 353. n. 10. (2.) Si dominium sibi donans reseruauit: quia qui do-  
miniū habet, potest testari: quam lim. difficulter & meritò quidem admit-  
tunt. (3.) Si facta fuerit ecclesia: si enim suam ipsius personam, quantò ma-  
gis bona, auth. ingressi C. de SS. Eccles. ¶ Quid si Socer, sub hoc pa-  
cto promittat, se omnia sua bona genero relicturum, si filiam duxe-  
rit, & postea mututâ voluntate socii, Gener decipiatur, queritur,  
an actionem habeat? R. de æquitate ad interesse eum agere posse, per  
text. l. si quis cum aliter. 36. ff. de V. O. Sichard. in l. 3. C. de don. ante nupt.  
(Diss. aliquatenus Hart. Pist. lib. 4. quest. 2. n. 23.) præsertim si planè  
indotatam duxisset. Dec. in l. 15. n. 9. C. de pact. Bald. Nouell. de priu.  
dot. priu. 43. part. 6. n. 3. col. pen. ¶ An igitur iuramento hoc pactum  
confirmetur? Nego, per l. non dubium. 5. C. de ll. quia prohibitio le-  
gis est perpetua: unde pro consecratio Dd. inferunt ad d. l. 5. prohi-  
bitum actum temporaliter, iuramento confirmari, exemplo do-  
nationis inter virum & vxorem, quæ morte validatur, l. 25. C. de don.  
inter vir. Sichard. in l. 20. §. simplices. C. de don. ante nupt. Licet igitur  
summa eius vis sit, tamen cum hoc in casu inseparabilibus comiti-  
bus destituatur, inualidum est, c. et si Christus. extr. de iure iur. Hart.  
Pist. d. lib. 4. quest. 2. n. 26. gl. in l. 3. C. de collat. Tiraq. de iure primog.  
quest. 6. n. 18. text. in d. l. 5. Fachin. lib. 2. controvers. cap. fin. vers. mihē  
autens.

21.

autem. Nam quod nullum est, corroborari non potest, arg. l. 14. §.  
illo videlicet. l. vlt. C. de non num. pet. † An naturalis obligatio exinde  
oriatur? Nego cum Hart. Pst. d. loc. quæst. 2. n. 22. per d. l. 5. d. l. 4. C. de  
inut. stip. Vasq. de success. creat. lib. 2. §. 18. n. 229. Tum ob turpitudi-  
nem, tum ob votum, à quibus ipsa natura abhorret, quæ homi-  
nem homini insidiari nefas esse docet, l. ut vim 3. ff. de inst. & iur.  
Vnde nec statuto, ijsdem rationibus motus, validari posse conclu-  
do, cum Gilken. de præscript. part. 3. c. 3. n. 99. Oldendorp. in præf.  
claß. forens. vers. prædicta &c. & vers. respicienda, &c. per text. in c. vlt.  
de consuetud. Sich. in d. l. 3. quia natura consuetudinis est imitari le-  
gem honesta præcipientem, l. 2. C. quæ sit long. consuet. & in l. 2. C. de  
noxal. act. n. 5. & seq. ubi elegant. distin. vide.

#### IV.

*Quid autem si pactum acquirendæ successionis de here-  
ditate tertij viuentis fiat eiusq; certi, an dispositio d. l. fin.  
C. de pact. locum habeat, quæritur? Negatiuæ patrocinium  
polliceor.*

¶ Quia pacta aliorum tertium non ligant, l. debitorum. 25. Nisi scien-  
te & ratificante eo fiant, d. l. fin. siue de conseruanda, diuidenda vel amit-  
tenda actum fuerit. † An igitur si ex interuallo ratificantur? Affir.  
Idq; tam verbis, quæ factis fieri potest. l. Paulus non tantum 8. ff. rem rat.  
hab. quæ adeò requiritur, ut etiam ijs tanquam indignis auferatur, quibus  
alias ab intestato competijset, l. 2. ff. de his quib. ut indig. arg. l. 29. §. 2. ff.  
de don. d. l. fin. Myns. dec. 8. conf. 73. n. 22. † Quid si astensum suum præ-  
beat is, de cuius hereditate agitur, an cessante turpitudine, nihil  
minus improbum votum obstaculo sit? R. per se quidem adhuc gli-  
scere, sed quo ad effectum iuris & qualitatem sui abolitum esse, d. l. fin. ibi:  
acerbiſima ſpe. Interim notandum, consentienti pacto, quandocumq;  
libuerit, licere mutare voluntatem suam, licet iuramentum interpositum  
fuerit: quibus enim nihil iuris est in bonis, pacto feueri nequeunt: paci-  
ſentibus autem tantum iuris est, ut hac conditione suspensiſint (quatenus  
hereditas ijs delata fuerit) quæ nihil ponit in esse, nec heredibus ab intestato  
officit. † Quid si fiat post mortem illius tertij? Ratio suadet valere. l. 1.  
C. de pact. d. l. 34. C. de trans. l. cum Arthemidoram. 4. C. ut in posſeſſ. legat.

A 3

l. cum

I. cum proponas. 21. C. de pact. † Quid si de morte dubitetur? Nego: quia præsumitur de iure vivere, ut neganti onus probandi incumbat, Dd. com. in l. 2. §. 4. ff. quem. test. aper. l. 12. C. de usufr. Accurs. in d. l. 2. l. 56. ff. de usufr. & quem. quis utatur, Dauth. in l. fin. n. 20. Diss. Coras. lib. s. misc. c. 8. Treutl. vol. 2. disp. 4. th. 12. lit. b. Quamvis autem improbum sit, tamen pena d. l. 2. ff. quib. ut indig. locum sibi non vendicabit, arg. text. notab. in l. 4. C. de captiu. & postl. ren.

V.

Non minus eget decisione sèpè in facto occurrentis casus, si duo super exspectatiua, vt loquuntur, siue secularis, siue ecclesiastici officij, paciscantur, num dispositio d. l. fin. obtineat? Affirmo.

¶ Per text. in c. 2. & ibi gl. in verbo: antequam vacant, c. constitutus. text. notab. in c. detestanda. de concess. præbenda in c. quatenus decertæ alicuius personæ officio agatur, Dauth. in d. l. fin. n. 25. Geil. 2. obs. 165. n. 6. obs. 25. n. 2. & seq. † Quid si fideicommissarius de hereditate cum alio paciscatur? Hic diuersum statuo, (1.) per l. 12. ff. qui satisd. cog. ubi ex iure iam quæsto & proprio heredem ad cauendum cogere potest, Costal. ibid. tum (2.) quod de testatoris iam defuncti hereditate, cessante turpitudine & voto nefario, agatur, l. 41. §. 2. ff. de vulg. & pupill. Tum (3.) quod grauatus heres timens insidias & voti inuidiam, abstinere posse ab hereditate. † In fideicommissario conditionali contrarium verius appetit, si ex præmatura spe & de præsenti non competente, alijs ius suum donare intenderet, l. 2. §. 2. ff. d. tit. l. 1. §. 21. ff. de collat. bon. Dauth. in d. l. fin. n. 26. In puro, admitto priorem opinionem, eò quod etiam viuo herede ius in ea sibi competit, & non tam heredi grauato, quam testatori grauanti succedat, Hartm. Pistor. lib. 4. quæst. 1. n. 24.

Q. ¶ De eo controvèrtitur, num idem de agnatis statuendum, si de feudo cum tertio paciscantur? Pro negativa pugnant rationes plausibles (1.) Quia spes probabilis, qualis haec est, cedi potest, l. spem. 3. C. de don. Marant. in repet. l. is potest. n. 212. ff. de acq. hered. (2.) Quia non ex meravoluntate alterius, sed ex futuro euentu dependet: Agnatis autem spe probabilis feendum debetur vigore primæni contractus: nec in ijs defuncto, sed primo acquirenti succeditur, licet per mille manus ambulauerit. Geil. 2. obs. 154. n. 19. (3.) Quia & hoc domino feudi licitum sub spe caducitatis,

Et latines

ut latius infra patebit. (4.) Quia & usufructuario, cui usus nullus non multum dissimilis, licet vendere, locare, oppignorare, usumfructum sine perceptionem fructum, l. 66. de iur. dot. l. 11. §. 2. ff. de pignor. Dd. in §. 3. Inst. de usufr. Treutl. vol. 2. disp. 1. th. 2. & 5. Zaf. Epit. feud. part. 9. n. 3. 6. 7. 12. 18. cum seq. (5.) Quia de quota bonorum tantum est, de quo in conclus. 3. supra. † Sed in affirmatiuam non infimi ICti. nec pauci inclinant, dummodo feudum hereditarium sit: Quia ius feudale recipit interpretationem à iure communi, arg. c. vn. §. 1. de feud. cognit. 2. F. 1. Geil. d. loc. n. 13. ubi post Dec. consil. 395. n. 5. dicit, de fendo hoc non aliter, quam de alijs rebus hereditarijs indicandum esse, Dauth. in d. l. fin. n. 88. quantumvis odiosum, atq; ideo restringendum esse, dissentientes clamitent. Et cum h̄c identitas rationis militet, quid vetat, diuersum non statuere. Euerh. in Top. in loc. à rat. legis col. 19. vers. secundo casu: tum quia tenori inuestituræ repugnat, quæ iuri gent. & bonis moribus conformis esse debet. latiss. Dauth. in d. l. fin. à num. 36. usq; ad n. 108. ubi ad contrariare respondet.

## VI.

*De hereditate tertij viuentis non licere pacisci, sed eo demum mortuo, voluntate non mutata, supra demonstratum: nunquid ergo pari modo, pactum quod eo viuo inualidum, post eius mortem & temporis tractum reuiuiscat? Negatiuæ ad stipulor.*

¶ Quandoquidem non tam pactum est, quam veteris delicti consummatio, l. quod initio. 29. ff. de R. I. quæ ll. est incognita, nisi prius renocatum novo planè consensu redintegretur, quod usq; adeò verum est, ut ne quidem in militibus diuersum sit. † Nec obſt. l. 19. C. de pact. Quia ibi de proprijs bonis, non tertij cuiusdam contrahunt. Adde Dec. in d. l. 29. † Quid si filij vel inter se, vel cum alio de patris viuentis hereditate Q. paciscantur, eritn̄ illud licitum? Nego, per d. l. 2. §. fin. ff. de his quib. & c. arg. l. 1. ff. ad Maced. d. l. fin. vt non immerito lib. 1. Metamorph. dixerit Ouid. Filius ante diem patrios inquirit in annos, d. l. 1. §. 21. ff. de collat. quod recte ad legitimam Dd. extendunt, Pift. d. loc. quæſt. 1. n. 10. & seqq. Dauth. d. l. n. 16. talesq; spurios & seruilis ingenij liberos Alciat. nominat. † Quid si de quota vel particula hereditatis Q. pactum



pactum fiat? Negat Dauth. d. loc. n. 24. Hart. Pist. in d. q. 2. Modest. Pist. conf. 8. n. 19. lib. 1. ideo (1.) quod hic eadem turpitudine obstat, ex d. n. l. fin. ibi: talium rerum. & ibi: alienis rebus: Vasq. de success. creat. lib. 2. §. 18. n. 227. tum (2.) quod iura non tam rem in pactum deducuntur, quam vitium paciscentis attendant, Fachin. lib. 5. contr. c. 84. AFFIR. Geil. lib. 2. obs. 126. in fin. Moll. lib. 4. semestr. c. 2. n. 2. Menoch. aens. 1. n. 161. lib. 1. Quia (1.) liberam testandi facultatem non adimit: tum (2.) quod res, qua ad vitium voti urget paciscentem, principalior, persona sit, tanquam causa impulsua prior, cui sententiae subscribo.

## VII.

Spinosus hic variarum opinionum sese offert conflictus, quisnam sensus sit l. iuris gentium 7. §. sed si seruus 18. Vers. idem probat. ff. de pact. Vbi aperte asseritur, filium viuo patre cum creditoribus paternis pacisci posse; cum tamen pactum de hereditate tertij viuentis iure improbatum sit.

Mirum in modum super hoc puncto se torquent, alij iure singulari cum nisi: alij communi: alij aliter in diuersas sectas distracti sentiunt, Vasq. lib. 2. de succeſſ. creat. §. 18. n. 246. putat patrem de cuius succeſſione agebatur, non fuisse soluendo, ideoq; votum cessare. Aliter Fulgos. speciale hocesse: quia in filio votum non presumatur. Aliter Dn. Borch. d. lo. n. 69. circa fin. qui filium paciscendo hereditatem non minuere, sed potius exonerare docet. Alij favore liberationis speciale existimant, idq; non improbabiliter, arg. l. Arrianus. 47. de V. O. Aliter Hart. Pist. d. lo. quæſt. 1. n. 11. qui filium simpliciter ne aſe petat, pacisci contendit; non autem in casu mortis paterna, ideoq; personale pactum esse de non petendo, quod ſoli filio & nulli alij præterea proſit, perl. & heredi 21. ff. eod. quod à veritatis tramite non deflectere censco, praesertim quando de praesenti ius in re habet, l. 3. §. 7. ff. de minor. Dauth. d. lo. n. 110. quando ergo nullum ius habet, ſed donandi animo remiſit ſub ſpe paternæ ratificationis, non valet, arg. l. ſi seruo. 20. ff. qui & à quib. man. text. not. in l. filius paciscendo. 23. C. de pact. licet ſibi præiudicet. † Fallit (1.) prædicta doctrina, quando conuentio venit ex necessitate in executionem præcedentis contractus. l. 23. ff. de act. empt. Caſtr. in d. l. fin. n. 11. Ias. ibid. n. 18. & 15. Nam in ijs, qua ſunt necessariò, non habet locum animus infidian-

21.

insidiandi. (2.) Fallit, quando conuentio ratione consequentiæ & vniuersitatis fit: multa enim cum vniuersitate transferuntur, quæ specia-  
liter transire non possunt, text. in l. quædam 62. ff. de acq. rer. dom. l. 2. §. 1.  
ff. de hered. vel act. vend. licet hunc textum pleriq; intelligent, quando  
pupillus est mortuus, propter vocab. hereditatis, Dauth. d. loc. n. 118. ibi q;  
citati; Alij de hereditate delata, non quod vocula (maxime) diuer-  
sum casum præsupponat, arg. l. 5. C. de resc. vend. quæ bonam f. in  
act. stricti juris non excludit, sed idem significat esse: Borch. d. loc.  
n. 69. (3.) Fallit in foro conscientia, si pacientes verè tale votum non ha-  
buerunt. (4.) Fallit fauore dotis, quo casu filium sorori se obligare posse  
conceditur. arg. l. 1. ff. solut. matr.

### VIII.

Pro complemento in disquisitionem subiecto, annè pa-  
ctum inter patrem & filium de succedendo initum valeat?  
Nego.

Licet enim nullus amor paternum vincat, l. fin. C. de curat. fur.  
& suspicio voti cessare videatur, l. 8. in fin. ff. quod met. quamvis etiam  
quævis voluntas patris inter liberos seruanda sit, l. hac consultissima. 21. §.  
ex imperfecto. 1. C. de testam. Gotofr. ibid. Myns. cent. 5. obs. 28. Clar. lib. 4.  
recept. sent. §. testam. quæst. 24. l. fin. C. famil. ercis. tūm, quòd clausu-  
lam in se contineat, vt valeat eo modo, quo valere potest, Geil.  
lib. 2. obs. c. 112. & 116.; Negatiuam tamen probabiliorem, cum Hart.  
Pist. lib. 4. quæst. 2. n. 38. Dauth. in d. l. fin. n. 17. Castr. in d. l. 3. C. de col-  
lat. defendendam suscipio, per text. in d. l. 3. ibi: iuris auctoritate im-  
probatur, & c. l. fin. ff. de suis & legit. ubi non solum de pacto; verū etiam  
de ultima voluntate deciditur. † Nec astringit, quòd dissentientes, text.  
de amittenda successione loqui regerunt: aut quando cum uno ex filiis ini-  
tur. R. Quia semper etiam de amittenda agitur à parte filij, quando inae-  
qualitas oritur, arg. l. 35. §. 1. & 2. C. de inoff. imò paciens pater extrin-  
secus malum animum demonstrat, & præsumptionem iuris eneruat, cùm  
exemplis funestis res comprobata sit, de quib. Pist. d. loc.

### IX.

Hactenus iura de pactis successionum acquirendarum  
certæ alicuius personæ paucis attigimus; proximum est de

B

pactis

pactis incertæ personæ seu tertij agere: quæ regulariter legibus esse permissa concludo.

¶ Per text. in l.3. §.2. ff. pro soc. arg. l.37. eod. c. ne captanda, de con-  
cess. præb. Sichard. in rubr. C. d. tit. n.9. Treutl. vol.1. disp.27. th.8. lit. f.  
Ratio est, quia generalis mentio non arguit speciale votum, cùm  
generalis futurorum bonorum communicandorum concessa sit  
societas, & omnia dubio fortunæ euentui committantur. † Fallit,  
si conuentio fraudem saperet, ita ut contemplatione hereditatis certæ perso-  
nae facta fuerit, atq; ea suspicio latens turpitudinem adiunctam manifesta-  
ret. Hart. Pistor. d.lib.4. quest.1. n.22. Dauth. d.lo.n.116. Costal. in d.l.3.

Q. §.2. Borch. Ferrar. dd. loc. † Quid si inter dominum & tertium de  
feudo conuentum sit, vt, quām primum vacārit, Dn. eum inuesti-  
at? R. à dispositione d. l. fin. exceptum esse, Zaf. in epit. feud. part.6.  
n.15. & seqq. fol. mihi 47. Vult. lib.1. feud.c.7. n.47. Geil. 2. obs.155. Hart.  
Pist. lib.2. quest.25. & 30. per text. euident. in c.1. defend. dat. in vic. le-  
gat. commiss. c.1. qui succeß. feud. dare ten. c.1. de cler. qui inuest. fac. in  
tantum, vt heres eius contractum adimpleretur: quod spe-  
cialiter in feudis receptum est, à iure communi exorbitantibus:  
tūm (1.) qui ares ad dominum pleno iure reuoluta est, nec per hoc vasallo  
nocetur: tūm (2.) quòd instar vsusfr. sit ad heredes non transmissi-  
bilis: nisi consuetudo vel natura eius aliter disponat: tūm (3.) quòd va-  
rijs modis amittatur feendum, vt ita timore & ratione huius anxijs solius  
voti nihil quicquam eis imputari posse, t. t. quib. mod. feud. amitt. lib.1.  
F.5. & 2. F.24. ubi Dd. easdem ob causas, quibus se indignum quis succe-  
sione reddit in ciuilibus, feudo vasallum priuari communiter afferunt,  
Geil. lib. 2. obs.257. pertext. in c.1. §. prædictis lib.2. F.24. Gotofr. ibid.  
in not. lit. i. Pist. d. lib.4. quest.1. n.26.

## X.

Elegantis & iucundæ quæstionis est, quid de pactis con-  
seruandæ siue competentis successionis statuendum? Inspectâ  
iuris auctoritate illud valere affir.

¶(1.) Per text. in §.fin. Inst. de leg. agn. succ. l.fin. C. de emanc. lib. ubi  
ius succedendi, quod alioquin per nudam emancipationem amisisset, con-  
tracta fiduciâ, & pacto sibi reseruauit: Quia (2.) hoc casu non tam pa-  
ctis

71.

Etis hereditas datur, quam impediens succedendi causa, qualis statutum, vel iusta exhereditatio esse potest, remouetur placato vel ad remittendum inducto parente, arg. l. fin. C. de renoc. don. quod non intelligo in ijs delictis, quibus planè quis incapax successionis redditur, l.i. C. de hered. instit. sed in leuibus & priuatis: item in præteritis, non in futuris, quæ ad delinquendum inuitant. l.27. §.3. l.56. ff. de pact. † Neq; contrariam sententiam veriorem faciunt, quæ adducuntur ab Hartm. Pistor. quæst. 4. n.6. & 18. ea ratione, cum testamento, quod favorabile est, ijs quibus statuto defertur hereditas, non possit praedicari: Ergo nec hoc casu. R. argumentum procedere, si penitus excludantur, scil. ob rigorem iuris & delictum, aut si ob solum fauorem masculorum inductum sit: nisi consentiant. Quando ergo fauorem eorum non respicit, pacto induci posse demonstratur; † Nec obstat. quod pactis hereditas non detur, sed lege: item, quod libera testandi facultas impediatur. † Quia nihilominus ea facultas ei relinquitur, sed remouetur tantum obstaculum, ita ut exinde pater necesse non habeat eas instituere. Dec. in d.l. fin. nu.26. † Nec resistit l.15. C. de pact. l. fin. ff. de suis & leg. Quia loquuntur in diuersis terminis, puta, de ipsa successione. Res igitur redit ad terminos iuris communis, unde ea pacta tanquam fauorabilia tolerantur. † Tria autem ad ea ex mente Dd. requiruntur: (1.) Ut ius non penitus sit sublatum. (2.) Ut potius de remouendo impedimento, quam ipsa successione agatur. (3.) Ut libera sit facultas testandi. Diss. quam plurimis Bologn. in d.l. fin. nu.101. per d. l.16. ff. de suis & leg. cui Pistor. adhæret. Inter conferendum cui opinionem adhærendum sit, videbimus.

## XI.

Controversi juris est, an pactum de futura hereditate reciprocum tolerabile sit? Affirmo.

¶ Per l. 19. C. hic, vbi Gothofr. Treutl. d. vol.1. disp.6. th.8. lit. b. qui text. etsi de militibus in specie loquatur, rectè ad paganos extenditur, ad conseruationem agnationis & familiæ: Et, teste Myns. 2. obs.32. præiudicijs Cameræ confirmatum est, vbi Cynum eundem sequentes Bald. Salic. Castr. in l. si pater. C. de inoff. test. allegat. † Diss. Pistor. d. quæst. 2. n.18. Fachin. lib.5. contr. 86. Geil. lib.2. obs.126. Petr. Peck. de testam. coning. lib.1. c.7. ¶ Idem puto inter coniuges licitum

tum esse, ut altero sine liberis mortuo, bona superstitis maneant,  
Myns. 2. obs. 23. & dec. 5. resp. 49. n. 3. decad. 2. conf. 14. n. 2. Borch. cit.  
loc. n. 70. Treutl. vol. 2. disp. 7. th. 7. pertext. in l. 1. C. ut act. ab hered. in-  
cip. l. 1. & Dd. ibi com. C. de rei ux. act. l. pactum 17. l. 5. C. de natur. lib. l.  
si inter 24. ff. de pact. dot. Mozz. de don. c. 3. n. 31. Schneid. ad tit. Inst. de  
hered. quæ ab intest. & c. vers. de succèß. intervir. & uxor. n. 1. Et licet  
dispositione iuris communis non niterentur; vi consuetudinis ge-  
neralis tamen inualuerunt. Masuer, in pract. in tit. de societ. n. 7. & 20.  
& de succèß. n. 57. Geil. 2. obs. 126. Sichard. in d. l. 3. n. 6. ubi concludit non  
vi pacti, sed cuiusdam ultimæ voluntatis deferri, gl. sing. in l. licet, C. de  
pact. Probabile igitur est, illud instar ultimæ voluntatis mutari pos-  
se: ideoq; quinq; testium præsentia perficiendum, VVesenb. in pa-  
rat. ff. de pact. dot. n. 4. & in not. ad Schneid. per l. fin. C. de codicill.  
**Q.** Diss. Fach. d. lib. 5. c. 87. † Quid si per modum contractus initū?  
Duo vel tres testes requiruntur, item insinuatio à parte viri, non  
mulieris, l. 17. & auth. eò decursum. C. de don. ante nupt. Regulariter  
partes sine scriptis contrahere voluisse præsumuntur. arg. l. 17. C. de  
fid. instrum. quæ, si accedit, ad maiorem actus solennitatem facit,  
Myns. dec. 5. conf. 49. ubi subiungit venditionem & permutationem  
mutuam magis esse, quam donationem, arg. l. 9. C. de contrah. empt.  
l. 7. §. 2. ff. de don. interviro. ubi gl. quæ vix ob ingratitudinem reuoce-  
tur, & ratione incertitudinis & dubij euentus sustineatur, arg. l. 1.  
C. de pact. l. 14. & l. 17. C. de usur. Diss. Pist. quæst. 2. n. 14. per d. l. here-  
des 5. C. de pact. conn. † Qua ratione ergo discriminabatur, ut pos-  
sit cognosci, quando huiusmodi pacta & conuentiones valeant,  
nec ne? Disting. aut pacto mentio non fuit facta successionis, sed  
ut post mortem vi obligationis obtineat ab herede, & sic nomen  
pacti successorij non merebitur: quilibet enim in re propria moder-  
ator & arbiter d. l. 1. C. ut act. ab hered. l. 21. C. mand. Aut verba pacti de  
succedendo concepta sunt, & reprobum est. Totam igitur rem ex  
viverorum estimandam esse censem Pistor. in d. quæst. in fin. Dauth.  
in expos. c. quamvis, n. 12. † Sed si verum amamus, vix est, ut distin-  
ctionem hanc in punto iuris sustineamus: *Quia leges verbis non sunt*  
*impositæ, sed contra, l. 2. C. com. de leg. idem sentit Fachin. lib. 5. contr. 85.*

## XII.

**Dubium mouet l. captatorias II. C. de test. milit. quæ**

captato-

*captatorias institutiones prohibet, num vir & vxor, quando se testamentis inuicem instituerunt, in vitium d. l. II. incidant? Nego.*

¶ Per rationes à Geil. lib. 2. obs. 117. Sich. in d. l. II. Myns. cent. 1. obs. 8. Arum. exerc. Instin. 8. th. 5. adductas: Quia quisq; seorsim suam voluntatem declarat, & tot testamenta sunt, quot personæ testantes fuerunt. l. qui tabernas. 32. ff. de contrah. empt. l. 5. §. 2. ff. de leg. 1. l. fin. ff. si quis aliq. test. prohib. vt iuperstiti illud mutandi facultas non sit adempta. Nec obst. l. nihil. 35. ff. de R. I. † Manendo in terminis Q. specialissimis, d. l. licet 19. C. de pact. (quando duo fratres ad prælium pergentes inter se paciscuntur, vt quicunq; superstes manferit, alter alterius bona retineat) disceptatur, num talis dispositio testamentum sit? Quidam existimant pactum obligatorium esse comprehendens vim ultimi iudicij; Quidam inter quos Accurs. in d. l. 19. quod sit ultima voluntas innominata habens effectum testamenti: Quidam, quod sit testamentum, eò quod sufficiat pro milite, si quoquo modo constet, ad quem voluntatem suam dixerit: quam opinionem refert & sequitur Dauth. in d. l. fin. n. 29. Fulgos. in d. l. 19. † Verius donationem mortis causa esse dixerim.

### XIII.

*Ijsdem rationum fulcris innituntur præclara Ganerbiatus exempla, qui nihil aliud est, quam ius quoddam societatis & fraternitatis inter illustres familias & generosioris spiritus nobiles institutum, vt se, suasq; facultates contra vim & incursiones hostiles coniunctis viribus defendant.*

¶ De hisce confœderationibus & pactis gentilitijs, vide Andr. Geil. lib. 2. obs. 127. Georg. Schönborn. lib. 2. polit. c. 13. per tot. ubi plurima exempla refert. Conrad. Rittershus. in partit. suis feud. c. 17. Myns. dec. 1. resp. 10. n. 40. & seq. Treutl. d. vol. 1. disp. 6. th. 8. lit. c. & nouissimè clariss. Dn. Hœn. præcept. meum lib. 2. disput. Pand. 8. corol. 1. Osvvald. Hillig. in Donel. enucl. lib. 12. c. 21. qui ideo in illustribus & nobilibus personis admittunt, quod semper militent, arg. l. 2. C. de domest. & protecti. lib. 12. nam sinistra illa suspicio in personis illustrib; non præf. Hoto. cons. 2. n. 48.

**G**in alias nationes cadit, non Germanicas: non dicam ad tranquillitatem Imperij spectare ne subditi inuiti ignoto domino subjiciantur. Exempla videre licet apud Schonborn. Nec leue pondus auctoritate Imperatoria in l. inter claros 8. C. de sum. Trin. recipiunt eiusmodi pacta.

#### XIV.

*V*su frequens **G** cum superiore cognationem habens erumpit quæstio, an pactum de vnione prolium vlo iure Valeat?

**T**iuri scripto equidem incognitum est, imò magis contrarium apparet: tum (1.) ob rationes in 3. conclus. assignatas: tum (2.) quod liberis diversi matrimonij sua queq; dos, vel donatio propter nuptias maneat salua, l. 3. l. 6. C. de sec. nupt. ibiq; eleg. Sichard. Treutl. d. disp. 7. vol. 2. th. 5. & 11. Bart. in l. pen. §. ff. solut. matr. Attamen quia actis fit interuenientibus adhibitisq; ijs, quorum interest ad omnem fraudis suspicionem excludendam, cum causæ cognitione coram magistratulo ci, vsu recepta est ad exemplum adoptionis. Gilken. de præscr. part. 3. c. 3. n. 99. l. transactionem 35. C. de trans. Geil. lib. 2. obs. 125. Jacob. Rick. in tract. de unio. prol. c. 9. Treutl. vol. 1. disp. 2. ut. 11. per tot.

#### XV.

Celebris antiqua **G** trita quæstio est varijsq; opinionum fluctibus agitata, si pactum fiat de non succedendo, an sit iuri scripto conueniens? Nego.

**T**Ob predictam rationem, quæ nec dari, nec adimi patitur hereditatem pacto & conuentionibus. Sapè d. nostra l. 5. l. fin. ff. de suis & legit. licet testandi facultatem non adimat. d. l. si quando 35. §. 1. & 2. C. de inoff. test. cùm (1.) præmijs potius liberi inuitandi, quām pactionibus sint adstringendi, ne modico præsente contenti magnis sæpè commodis se spolient. Vasq. de success. creat. §. 18. n. 10. tum (2.) quod iuri futuro renunciari non possit. l. qui superstitis 93. ff. de acq. hered. l. si ita 45. §. si sub conditione. l. ff. de leg. 2. Taceo (3.) quod vniuerso hominum generi nocuæ, & mali exempli sint: quia dum se exclusos cogitant, haud dubiè parentes eò minus amant, & sic pietas inter parentes & liberos naturalis constituta extirpatur. Diss. Castr. in d.

*l. 3.*



l.3. eumq; sequutus Dn. Borch. d. lo. n. 86. Dn. Hœn. sup. d. loc. corol. 2.  
lit. b. per iura & auctor. ibi alleg. eo argumento moti, quod sit contra  
publicam vtilitatem secundariò, & verisimiliter liberi tanquam  
portio corporis paterni, licet se successuros non sperent, eandem  
pietatem & obsequia præstituri sint. De hoc pacto in terminis tractant  
Marant. in disp. 10. n. 19. ubi rem eleganter & conclus. perstringit Myns.  
dec. 10. cons. 91. n. 4. & 5. Couarr. in d. c. quamuis. Osvv. Hillig. d. tract.  
Barth. Muscul. de success. conuent. & anom. class. 1. concl. 4. memb. 2.  
Hart. Pist. quæst. 5. in pr. Dauth. in repet. d. c. n. 234. & seqq. † Non ra-  
ræ quæstionis est: Si Titius ex vxore nobili filios habeat, eāq; mor- Q.  
tuā cum alia contrahat, quæ nobilis non est, eo pacto, vt liberi ex  
ea nati non succedant in feudo: an hoc pactum valeat? Affir. si loci  
consuetudo non resistat. text. in c. 1. de fil. nat. ex matrim. ad morgan. lib.  
2. Fend. 29. c. filij, lib. 2. F. 26. Zaf. in Epit. feud. p. 5. n. 50. Idem p. 8. n. 71.  
Sichard. in d. l. 3. n. 4. in thesi seq. vide plura.

## XVI.

Circa l. 3. C. de collat. notabilis ac practicabilis se offert  
casus, an filiarum renunciationes, quibus se dote fore conten-  
tas promittunt, ulteriore cum fratribus ad bona paterna-  
aditum præcludant? Nego.

¶ (1.) Per d. text. l. 3. Quia (2.) sexus ille propter facilitatem sibi facile  
præjudicat. Et (3.) contra bonos mores est, gl. in d. l. 3. Cyn. ibid. n. 2.  
continet enim turpitudinem à parte renunciantis, qui de alieno  
liberalis est; à parte accipientis, qđ mortem speret præmature.  
Dan. Moll. semestr. c. 9. Coras. lib. 6. miscell. c. 9. Sich. in d. l. 3. Castr.  
ibid. n. 3. Iaf. n. 1. Dauth. in d. c. n. 5. † Extenditur, vt idem sit in fi-  
lio, ratione impensarum studijs deseruientium, renunciante, qui,  
etiamsi, patre non exprimente, eas conferre non teneatur, per l. 50.  
ibid. Costal. & Dd. Treutl. vol. 1. disp. 19. th. 13. tamen in tantū re-  
nunciando sibi viam obstruxit, vt, si modo cum reliquis æqualiter  
succedere velit, hoc casu ad conferendum obligetur, deductis ni-  
mirum ijs, quæ domi etiam consumpsisset. † Ampliatur, vt pa-  
ctum renunciatiuum inane sit inter collaterales, qui ad querelam  
non vocantur: quia cessat interesse eorum: Nihil enim ubi l. dispositio  
funda-

fundari nequit, peragi potest. Item, inter patrem & extraneum † Non  
dico pactum inualidum, quando filius naturalis per rescriptum le-  
gitimatus, tempore legitimationis fecit patri pactum de non pe-  
tendo: *Quia in multis à legitimè natis differunt, de quo Geil. lib. 2. obs.*  
*140. Myns. cent. 3. obs. 26. n. 12. cent. 5. obs. 42. n. 5. 6.* Quia ius correcto-  
rium & exorbitans est, Dauth. in d. c. n. 10. qui ex communi opin. hac  
facit à conditione filios naturales legitimari tradit, ne legitimis præindi-  
cium creent. † Nec obſt. ratio dubitandi, filium cum patre pacisci  
posse: ergo & vice versa, patrem cum filio, argumento à correlati-  
uis sumpto, l. 1. §. si parens. 3. ff. si quis à parent. manumis. Ratio enim  
diuersitatis manifesta est, quæ filijs magis parentum hereditatem aſi-  
gnat, quàm parentibus filiorum, inuero ordine natura, quo amor descen-  
dere, non ascendere dicitur. ¶ Nec locum sibi vendicare potest re-  
gula: quemq; fauori suo pro se introducto renunciare posse: quia  
non ſolum liberorum gratiā hic fauor introductus eſt: Nam omnis renun-  
ciatio cum aliquo moderamine capienda eſt. † Sic (1.) & clericum ſuo  
foro renunciare non permittimus. Confer clariſ. Dn. Præfid. diſp.  
5. Pand. th. 15. ubi examinat an Clericus priuilegi fori non obſtante, coram  
indice Laico reconueniri poſſit. † Sic (2.) vasallo in alterius iurisdictio-  
nem, domino inuitio, consentire non concedimus, text. in c. Impe-  
rialē, §. præterea lib. 2. F. 55. de quo remiſiūe Geil. lib. 1. obſ. 40. Sich. in  
d. l. 3. n. 1. † Nec (3.) ſtudioſum priuilegio fori, Dd. com. in auth. ha-  
bita. C. ne fil. pro patre, Treutl. vol. 1. diſp. 3. th. 10. lit. a. Eſt enim tam in  
gratiam Rectoris, quàm ſtudioſorum introductum, Oldendorp.  
tr. de iure ſingul. c. 1. n. 1. & ſeqq. & c. 10. eod. lib. † Item (4.) non tenet  
renunciatio de alimentis futuriſ inter patrem & filium: præteritis  
eatenuſ renunciari poſteſt, ſi ex contractu debeantur: non igitur ſi  
ex natura vel lege: quia magis ultimæ voluntati fauetur, quàm actui  
inter viuos. Menoch. 2. arbitr. quæſt. c. 170. n. 2. & ſeq. (Diss. Robert.  
lib. 4. ſent. c. 19.) latiſiſimè Dauth. in d. c. n. 52. Hanc opinionem miti-  
gant, vt liceat renunciare futuriſ alimentis, in dubio, ſi legatarius  
honestioris vitaſ ſit, & ſe aliunde alere poſſit, vt ſine auctoritate  
prætoris queat: ſecus in caſu certo, vbi conſtat ſpecialiter in cau-  
ſam alimentorum legatum eſſe, l. 6. l. 8. Coſtal. ibid. ff. de trans. Treutl.  
vol. 1. diſp. 7. th. 4. lit. f. Dan. Moll. 5. ſemestr. c. 42. † Sic (5.) nec iuri  
ſanguinis, l. 8. ff. de R. I. Nec (6.) libertati, nec defenſioni, l. 6. ff. de  
appel.

appell. Nec (7.) beneficio, l. 8. C. de renoc. don. Nec (8.) l. fin. C. eod. cum præteritus dolus tantum, non futurus remittatur: Quo posito, concludo, iuramentum calumniæ expressè remitti non posse, sed benè tacitè. Geil. lib. 1. obs. 83. clariss. Dn. Matth. Boys, præceptor meus in expos. l. 2. §. sed quia veremur. C. de iur. calum.

XVII.

Hic percursoriè indagare placet, qui fiat, quod iuri fūturo renunciari non possit, pacisci autem de eo liceat?

¶ Non improbatur mihi vulgò à Dd. gl. & Sichard. in l. 1. n. 18. C. de pact. & à Ferrar. in pract. sua sup. d. loc. n. 10. assignataratio, quòd renunciare nihil aliud sit, quam à se abdicare & primare. Prinatio autem habitum presupponat: cùm itaq; ius de futuro nondum competit, meritò renunciari ei nequit. Quod tamen limito (1.) nisi fiat in iudicio, gl. fin. in l. 70. ff. de acq. hered. l. 1. ff. de curat. furios. (2.) Nisi fiat præsenti & ta-centi: quo casu instar pacti erit: oportet enim ad validandū actum tria concurrere, personam scil. renunciantem, secundò eam, cui renunciatur, tertio rem, quæ promittitur. Myns. dec. 1. resp. 10. n. 27. dec. 10. resp. 96. n. 15. Bart. in l. 1. §. 1. gl. ibid. in verb. in idem, ff. de pact. (3.) Nisi iuramento confirmetur. (4.) Nisi sit geminata renuncia-tio, arg. t. t. ff. de constit. pec. (5.) Nisi aliquo modo in iure competi-turo radicata, l. si à colono 89. ff. de V. O. Quod non idem est in pa-cto, vtpote diem, & conditionem recipiente, & ad obligandum præcipue tendente, l. 7. ff. de R. cred. sed in renunciatione præsens tempus subintelligitur. Eoq; ipso rursum sciungitur à pacto de non petendo & repudiatione, quæ diuerso effectu operantur: Nam si iura fundata sunt in consensu & potestate duorum, non possunt tolli, nisi per pactum, l. Pomponius. 15. l. 16. ff. de negot. Si autem in vnius voluntate, repudiatio reintegrâ locum habere po-test. Unde axioma hoc colligitur: renunciatio fit certæ personæ, re-pudiatio simpliciter, ut patet in abdicatione dominij & hereditatis de-lata, l. 151. ff. de V. Sign. Dauth. in d. c. n 7. † Statuto ac consuetu-tudine huiusmodi renunciations induci posse non dubi-to: cùm legitima eodem minui possit, Geil. 2. lib. obs. 122. VVes. consil. 24. & ius ciuale contrario iure tolli, Hœnon. disp. in Inst. 9. th. 18. Nou. 18. c. 1. vers. licebit enim, Myns. 5. obs. 43. Fachin. lib. 4. controu.

C

c. 32.

e.32. Treutl. vol.1. disp.13. th.ii. † DISS. videtur Sichard. in auth. nouissima. C. de inoff. test. nu. 6. ibi: imò etiam in uniuersum tolli. VVormbs. pr. obs. Cam. tit.39. obs.ii. & 10. vide clariss. Dn. Præsidem probl. Cam. ad lib.2. Gailij disp.1. probl. 12. † Sanè iure Saxon. vigent absq; iuramento text. in artic. 13. lib.1. Specul. Saxon. Pistor. d. quæst.5. num.3. Dauth. d. loc. nu. 15. vt renunciatio iure ciuili valeat, consulit Cæpolla, (caut.183. incip. Tu scis quia filia) patri & fratribus, vt current soro rem facere pactum de non petendo, quod cum donatione coincidit. l. 115. ff. de Reg. I. Quæ tamen cautela si ad limam veritatis theoricæ ducatur, non est expers fragilitatis: *Quia siliabus nullum ius in bonis paternis*, d.l.1. §.21. ff. de collat. Ergo eum euentum continet, si delata hereditas fuerit, ut ipsa negoti natura hoc exigit. Fallit (1.) si quæsitæ iam successioni renunciatio fiat, Dauth. in d. c.n.40. Quia donatio est: (2.) Si acceptata non sit, Myns. dec.1. resp.1.n.40. Aut(3.) si acceptata & remissa fuerit, idem Myns. dec.5. resp.50. n. 24. Item (4.) si inspectis cognitisq; verbis testamenti fiat. Costal. in l. 6. ff. de trans.

## XIX.

*Consequenter hic inextricabilis labyrinthus multos cruciat, an Valeat renunciatio, si filia seu filius acceperit legitimam?*

¶ Secundum communem, à qua recedendum non esse clamitant, & probabilitate disputando sustineri posset, AFFIRMANT Zaf. in d. l. stipul. hoc modo. n.25. ff. de V. O. Dauth. in d. c.n.10. & Dd. ibi allegati. † Contrariam tamen sententiam textibus & ratione magis fundatam arripio, cum Hartm. Pistor. d. quæst.5. n.6. Nec me quicquam mouet text. in d.l. §. si parens. ff. si quis à parente man. Quia non tam ex vi pæti, quæm testamenti, remouetur: *Nam & hic pacto delictum ad mixtum esse nonnulli volunt, quare meritò remouendus sit.* Quando ergo versamur in casu intestati, pactum nihil oberit, quo minus integrum suam portionem, non solam legitimam, consequatur. Caueendum itaq; ab ijs, qui aliter, quæm in terminis testamenti conditi loquuntur, aliás pactum nullum esse appetet, propter exceptionem dolii: *nam si pactum valeret, exceptio pacti competeteret.* (2.) Quod legitima non consideratur tempore pæti, sed mortis: *nam ibi si fir-*

*mum*

num esset, utiq; non tempus mortis attenderetur. † Vnde utiliter infero, filiam seu filium, qui legitimam percepit, nihilominus testamento præcisè instituendum esse: quod extendo, licet iustum portionem acceperit, nihilominus requiri. Bart. in d. §. si parens, in fine. Vasq. in d. §. illud, n. 17. d. ratione l. 5. C. de pact. conu. omnis autem vis in testamento sita est, adeoq; nisi legitimum & omnibus modis absolutum fuerit, eos adhuc impugnare posse censem. Diss. Alex. conf. 180. vol. 5. hac ratione, quod Nou. 115. c. 3. non pertineat ad eos, quibus iam satisfactum est, & quod ratione legitima testamentum euertere nequeant, quam iam habent. R. planè negando illationem istam: Nam legitima perceptio non est eius efficacia, sed hoc operatur, ut accepta iam ante conferreteneatur, quæ collatio tam ex testamento, quam ab intestato hodierno iure procedit, auth. ex testamento. C. de collat. & si minus accepit, condicione l. omnimodo 30. C. de inoff. testam. & sic æstimatio legitimæ ineunda quo ad augmentum & decrementum semper ad tempus mortis collimat. Iohan. Oldendorp. class. 5. act. 2. in fine. text. in l. 6. C. de inoff. test. † Ad euitanda iurgia hic cantelam quidam suppeditant, inter quos post alios VVesenb. consil. II. n. 28. vol. I. ut maritatâ filiâ, pater filio, qui cum sorore maritata paciscitur, consensum accommodet: quo casu succedendi ratio non mutatur, sed ius quod per successionem filiæ competiturum erat, devoluitur in fratres sub hac conditio- ne, si ei delatum fuerit.

## XIX.

Hic non incommodè vicinum & coincidens dubium proponitur, utrum legitima sit quota bonorum, vel hereditatis? Posterius affirmo.

¶ Per l. 8. §. 8. ff. de inoff. test. Fach. lib. 4. contr. c. 65. Treutl. vol. I. disp. 13. thes. 16. Diff. Maret. in tract. de quart. n. 6. & seqq. cap. 7. Geil. 2. obs. 120. n. 3. per l. sub signatum 30. §. bona, ff. de V. S. Sich. in Auth. nouissima. C. de inoffic. testam. n. 3. Sed exinde nihil aliud infertur, quam ad ineundam legitimæ certam quantitatem tali deductione opus esse, si quidem titulo honorabile relinquenda. † An ergo repudiata hereditate legitimam seruare liceat? Nego per l. 7. ff. de R. I. Fach. Treutl. dd. loc. † An feudo vel Emphyteusi retentâ, liceat retinere hereditatem, vel contrâ. V. disting. cum Fach. lib. 7. contr. c. 5. Geil. 2. obs. 154. Borch.

de Feud. cap. 7. Zaf. epit. feud. part. 8. n. 15. Marant. in repet. l. 18. de ae-  
quir. hered. n. 22. inter feudum hereditarium, & ex pacto & prouidentia, vt priori casu non liceat, c. vn. 2. F. 45. Posteriori autem  
liceat.

XX.

*Ingrediens viscera velitationis huius, de hoc nonnullos  
ancipi marte pugnare video. Vtrum pactum illud antedi-  
ctum filiae, iuramento accedente muniatur & iurantem strin-  
gat? Affirmo.*

¶ Fretus expresso textu c. 2. de pact. in 6. c. licet, de iniur. in 6. quod  
in toto mundo, tam foro Ecclesiastico, quam politico, obtinere  
testantur Dd. Nam ubi (1.) de peccato agitur, ibi ius canonicum domina-  
tur. Et (2.) quando casus in iure civili decisus non est, & in iure Canoni-  
co determinatus reperitur, tum stamus iuri canon. c. 1. Extr. de nou. oper.  
nunc. Idq; pro solennitate h̄c requirimus, nec sufficit per æqui-  
pollens adimpleri. † Idem non est, si quis cum illa clausula se a-  
stringat, an Exdes stat/ cum relatiuè & implicitè iuratum sit. Rotg.  
Roland. de commiss. p. 2. lib. 2. c. 11. n. 32. & seqq. Diss. Henric. Breul.  
in tr. derenunc. caus. 1. c. 2. n. 10. Panorm. in c. cum ad aures. Extr. quod  
met. caus. ubi dicit iuratum esse, quotiescumq; simplici promissione vincu-  
lum religionis adjiciatur. † An idem sit si Duces, Comites, Barones,  
Nobiles, bey ihren Fürstlichen / Gräfflichen / Adelichen Ehren vnd  
Treuwen renuncient? NEGAT Pistor. d. loc. q. 6. motus per d. theor.  
quod per æquipollens non sufficiat adimpleri. AFFIRM. Schurff. consil. 62.  
cent. 2. Coler. de process. execut. part. 1. c. 10. n. 25. Geil. 2. obs. 59. num. 6.  
Myns. cent. 1. obs. 17. per d. cap. ad aures. Treutl. vol. 1. disp. 6. th. 2. lit. b.  
cum Deus inter simplicem loquelam & iuramentum non distin-  
guat: Quod tanquam iuri canonico congruentius, de consuetu-  
dine magis obseruari docet Geil. cit. loco. Ioh. Bell. in tr. suo de arg.  
leg. c. 22. Putarem tamen in mulieribus virili dignitate ista carenti-  
bus non procedere. Fich. cons. 52. ideo, quod ius fit exorbitans, nec ex-  
tendendum. Confer h̄c Rotg. Rol. d. c. 11. n. 41. 42. 43. ¶ Prædicta li-  
mito procedere, (1.) si iuram. in agnatorum & cognatorum præ-  
sentia fiat, adeo vt nisi ea accedat, dolus ex proposito probatus  
censeatur. Myns. det. 6. resp. 56. n. 19. Guido Pap. cons. 87. n. 4. perl. 35.

C. de



C. dt trans. Item (2.) vt vires bonorum sciuerit. ITEM (3.) vt renunciants pubes sit. Fich. 1. cons. 54. n. 2. vel doli capax, arg. l. i. C. si min. se maio. Matth. de Affli& decisi. 322. Dauth. in c. quamuis, n. 61. Hinc certas clausulas instrumento inseri necesse est. (4.) vt patri non fratribus renunciatio fiat, quia d. c. quamuis, de patre & filia, non etiam de fratribus loquitur, Fach. lib. 8. contr. c. 70. nisi patre consentiente fiat, ne eo dissentiente de viuentis hereditate pacti esse dicantur, Vasq. lib. 6. quæst. vsufr. c. 44. n. 6. & 7. vbi defendit etiam absentibus fratribus fieri posse; cum nudæ tales pactiones & contractus innominati inter absentes consummari possint. l. 2. ff. de pact. §. 1. Instit. de oblig. ex consensu. secus in stipulatione. Nihil tamen juris fratribus ignorantibus acquisitum est, donec sciuerint: imò tunc ij, sicut & ipse pater reuocato consensu, pœnitere possunt, non autem filia iurans: quo casu euaneat. Pist. q. 6. n. 11. Atqui (ais) accessorium sequitur naturam sui principalis quod bonis moribus repugnat. R. cum Sich. d. l. n. 3. non esse contra bonos mores, sed publicam utilitatem: ideoque potest confirmari: Aliter enim boni mores iure Canonico accipiuntur: aliter de iure ciuili. Nam quicquid est contra publicam utilitatem etiam indirecte, hoc habetur improbum, & contra bonos mores, ut donatio inter patrem & filium: donatio inter coniuges, non quidem ideo, quod peccatum inducat, sed ne sint matrimonia venalia. De iure autem Can. illud, quod peccatum inducit, nec ibi iuramentum efficax est c. non est obligatorium. de R. I. in 6. Dd. in l. 6. C. de pact. Hæc autem renunciatio peccatum non inducit. Ergo & c. ut in hoc correctorio & stricto iure, cessante inductione legis ratione, merito cesseret legis ciuilis dispositio. Bellon. d. lib. c. 54. Bronch. cent. 2. Enantioph. assert. 25. VVes. cons. 71. nu. 2. & 6. Hartm. lib. 2. quæst. iur. cap. 25. vide plenè d. Henr. Breul. & Bart. Muscul. in suis tract. de pact. & renunciat. clausul. Giphan. in disp. de pact. th. 244. & seq. Pistor. & Couar. in d. cap. qui concedunt, si de iure canonico agamus, secus si ex ciiali agamus arg. l. 5. C. de leg.

## XXI.

Quæstu dignum, si filia patri Iudeo renunciet, an iuramentum firmet contractum, ita vt ab hereditate excludatur?

Affirmo.

C 3

¶ Quia



¶ **Q**ui a tenetur secundum legem suam, Couar. in d.c. part.3. §.4. n.1.  
Vasq. ad d. §. illud n.37. † Diss. Mar. in Spec. pract. part.3. c.1. n.53. ea  
ratione ductus, quia iuris Canonici commercium non habeat, relinquatur  
actus dispositioni iuris communis. Dissentientes plures allegat Io-  
**Q.** han. Dauth. in d. c. n.121. † Exclusa igitur per iuramentum filia, an-  
ne patriab. intestato succedat? Nego, quia nemo regressum habet ad  
ius, cui renuncianuit, l. item queritur 14. ff. de adil. edict. licet enim quo ad  
agnationem legitima sit, obstante renunciatione; tamen non attendit,  
nec tam ex capite, vnde liberi, quam, vnde legitimi, admitti-  
tur. Dauth. d. l. n.97. Pist. d. q.6. n.14. † Cautelam hic Dd. sugge-  
runt generalem hanc filiae renunciaturae, ut coram quibusdam  
contestatione facta iuret, se sponte nunquam renunciatu-  
**Q.** ram, & si id contingat a se inuita id futurum. Quid si autem  
denuo a patre heres instituatur, an nihilominus pretextu iuramen-  
ti exclusa sit? Nego: quia intelligitur in eum casum facta renunciatio,  
si intestati parentes mortui fuerint. Sed hic instituens, cui antea renuncian-  
do gratificabatur, satis declarat non esse amplius contra suam voluntatem.  
Nec obstat iuramentum: tacita enim ea conditione vestitum est,  
si res in eodem statu manserit. gl. in c. quemadmodum Extr. de iure iur.  
Marant. d. disp.10. n.25. Idem est si alias expressè remiserit, teste Pist.  
d. q.6. n.34. gl. in c. ad nostras. Extr. d. tit. Quemadmodum in simili, re  
emphyteuticâ & feudali sine consensu Domini alienata, si Dominus nolit  
rem esse caducam, remissio facta est. Si igitur institutioni vicissim re-  
nunciet, eo ipso exclusam dico: tum quod hic ob repudiationem  
testatoris voluntas non impediatur, nec adficiatur: sed solius filiae  
fauor spectetur. Vnde est, quod sibi imputet, facultate testandi in perso-  
na instituente considerata: cum liberum sit heredi adire vel immiscere se,  
nec ne, praesertim cum hoc iuramentum seruari possit.

## XXII.

*Quid si antea congruenter dotata non sit?*

¶ Idem ac in priori questione determino: subintelligo enim saluâ legi-  
timâ factam esse renunciationem, & sic dote congruâ, eius locum subin-  
trante, arg. l.8. C. de inoff. test. l.1. §.3. Si quis a par. man. l. quoniam-  
nouella.29. C.d.t. Necessario igitur numerabit dotem etiam is, cui  
renunciatio facta est, vt de suis bonis filiam dotet: incidit enim in  
speciem

21.

speciem innominati contractus do ut des. Vnde si matribus mortuis habeant bona materna, renunciatio inanis est: *Qui a pater de suo præstabit.* Bald. in l. i. per gl. fin. istic. C. de legit. hered. Congrua igitur erit vel arithmetic proportione, pro numero liberorum; vel geometrica, pro dignitate & conditione Generi. Ex quo infero, si nihil aut parum accepit, iuramentum non ligare, quia enormissimè læsa est. Dauth. in d. c. n. 43. Gothof. in d. l. 35. C. de inoffic. † Quid si filia aliàs diues sit? R. Nihilominus patrem teneri, licet iurauerit: quia contra bonos mores est, arg. l. vlt. C. de dot. promiss. Treutl. vol. 2. disp. 7. th. 2. lit. c. † DISS. Fach. lib. 3. contr. c. 24. † Quid si non exstent, in quorum gratiam renunciauit? R. rem ad statum primæuum redire. arg. tot. tit. C. de don. quæ sub mod. vel cond. vel cert. temp. cessante scil. fauore, i.e. causa conseruandæ cognationis, si soli fratres tempore renunciationis extiterint. Mar. & d. loc. n. 15. & seq. Sich. in d. l. 3. C. de collat. Geil. 2. obs. 148. Costal. in l. 33. ff. de pact. Quia renunciations ut strictæ, ita odiosæ sunt, nec generalia verba quicquam contra præsumptionem iuris & de iure operabuntur, cum nemo tam fatuus sit, qui alienas successiones proprijs anteponat, l. cum acutissimi. 30. C. de fideicom. l. cum annis. 102. ff. de condit. & demonst. † Non obtinet, si sola sorores, item fratres & sorores simul extiterint.

### XXIII.

*Quid ergo, si renunciatio per vim vel metum extorta, aut per dolum sit impetrata?*

¶ Eam irritam esse dico, arg. l. i. 2. 5. 6. ff. quod met. caus. *Quia integranon est, & fauor causæ, de qua agitur, vetat.* Mynf. d. dec. Resp. 57. n. 28. l. quod si cum 8. l. seruus 20. ff. de doto. Nec iuramentum illi robur addere potest: ideoq; nec opus habet absolutione; cum non entis nullæ sint qualitates, Schurff. cons. 96. cent. 4. & cons. 14. cent. 2. licet enim coacta voluntas, sit voluntas, non tamen est integra: & iuramentum metu extortum, quamvis obligatorium sit; tamen quando conventionibus iure prohibitis interponitur, obligatorium non est. Borch. d. l. n. 64. c. verum. Ext. de iure iur. † Idem de metu reuerentiali affirmo, hâc limitatione, quando simul læsio concurrit, gl. in l. i. §. quæ oneranda. s. ff. quar. rer. act. non datur: vel si atroces minæ interueniant. Mascard. de probat. conclus. 1054. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præf. 127. † Quantum dolum attinet,

dan-



dantem causam contractui intellectum volo, non reipsa incidentem: *Quandoquaq; igitur est magna lesio, præsumptio est, dolo esse factam.* Ergo quantum fieri potest, cautè prospiciendum, ut tali vitio labefactata, euertatur. DISS. varie, pro ut eos allegat Hart. PIST. d. q. 6. n. 71. & seqq. ALII enormem in minore; Alij enormissimam in maiore 25. annis, spectandam esse volentes, Dauth. in d.c. n. 92. + Quid si filia monasterium ingrediatur? R. valere: Quia (1.) monasterium non succedit ex persona iam exclusa. Quia (2.) animo planè deliberato facta est, temporalibus omnibus valere iussis. Fach. lib. 3. contr. cap. 22.

#### XXIV.

*Occasione antecedentium non minus ardua, quam venusta nascitur concertatio, an prætextu enormissimæ lesionis filia in integrum restituatur? Affir.*

¶ arg. l. si superstite. s. ibi: sanè si immodicè laesa es, C. de dolo. Non enim vinculum iniquitatis est, d. c. non est obligatorium. de R. I. l. 3. C. com. utr. iud. d. l. 2. C. de resc. vend. Quia perinde est, ac si dolus intercessisset ex proposito, l. si quis cum aliter 36. ff. de V. O. Dan. Moll. lib. 3. semest. cap. 39. ubi tamen in negatiuam quodammodo inclinat, Fach. lib. 8. c. 69. Geil. lib. 2. obs. 147. Mynd. s. obs. 59. *Quamvis enim iuramentum aliquem faciat esse maiorem, non tamen eo ipso prudentem, cum contra commoda propria, sexus hic sàpè laboret, arg. l. 4. C. de sponsal. ut notat Mynd. cons. 56. n. 4. 9. 15. & seqq. ubi singulariter post Anchoranum, monet, textum Auth. sacramenta puberum. C. si adu. vend. limitari debebere per d. c. quamvis.* + Nec obstat, quod iuramentum certiorationis loco sit: quia procedit, quando renuncians de facto certus est, non autem de iure, ex facto promanente: & quandoquaq; separata ratio haberi potest aetius, super quo iuratur, & iuramenti ipsius, non supplet defectum: hinc est secundum commun. DD. opin. quod duplex iuramentum requiratur; unum ratione etatis, alterum ratione lesionis. PIST. d. quest. 6. n. 10. cum seqq. Nisi statutum certam dotis quantitatem assignauerit, quâ solutâ non habet restitutionem, l. aliud frans. 131. l. si qua pœna. 224. ff. de V. S. DISS. Bart. in l. si quis pro eo 56. memb. 5. ff. de fidei. + Quid si filia de beneficio sibi competente satis monita fuerit? Vix puto: eam restituendam esse, vide copiosiss. Ioh. Dauth. in d. c. quamvis n. 62. & seqq.

Nam



Nam licet in omnibus renunciationibus presumatur error, qui tam in renunciando, quam soluendo locum habere potest, l. doli 19. §. diuersum. ff. de nouat. Hoc tamen casu, filia ita admonita, non videtur ignorans ius suum refutasse. l. vlt. §. idem. ff. de condit. ind. ibid. Costal. Sich. in Anth. sacramenta puberum. Hœn. disp. 3. t. 7. Geil. 2. obs. 77. in fin. Dauth. d. l. num. 149.

## XXV.

Cum renunciatio stricti iuris sit, dubitatur, an beneficium d. l. 2. C. de resc. vend. in ea locum habeat?

¶ Sunt qui propter aequitatem illud in bona fidei iudicijs tantum obtinere afferunt. Quorum sententia non placet, arg. l. si quis 36. ff. de V. O. Pinell. d. l. 2. p. 1. cap. 3. nu. 6. 7. 8. 9. Treutl. vol. 2. disp. 2. th. 11. lit. c. Fachin. lib. 2. cap. 22. Alter Sichard. in d. l. 2. n. 11. & seqq. ubi disting. vt ante rem traditam competit exceptio dolii, post rem traditam conditio incerti vel indebiti, arg. l. 8. ff. de act. empt. Affirmatiuam, quæ communis est, erroris arguit A. Faber dec. 8. error. 1. quem sequitur Dn. Dom. Arum. add. l. 2. disp. 3. them. 26. † Tu confer l. 40. ff. de cond. indeb. ubi Gothofr. iuncta l. 4. C. de O. & A. l. 7. C. de reu. don. l. 25. rer. amot. l. 17. de O. & A. l. 14. de condit. indeb. & d. l. 36. de V. O. † Quid Q. si filia renunciauerit huic remedio etiam iuramento? R. si in genere renunciauerit laesioni nihil obesse: multa enim non valent facta generaliter, quæ specialiter facta valerent, l. 4. §. 4. ibi gloss. ff. si quis cauit. d. l. vlt. §. 3. ff. de cond. indeb. l. hac adiectio. 192. de V. S. l. creditor. 60. §. Lucius. 4. ff. mand. (Sed tamen relaxationem à iuramento petere eo casu tutior via est, teste Pin. d. tr. part. 1. cap. 3. n. 8. ut collig. ex Panor. d. cap. cum conitngat de iurei.) Affl. decis. 322. n. 11. Fach. lib. 2. contr. c. 20. Secus est si in specie renunciauerit. † Quo autem medio Q. laesis succurratur, scire vtile est, an officio iudicis? N. Quia (1.) hic non ad iudicem, sed ad partem concluditur. (2.) Quia in maioribus loquitur l. 2. qui non restituuntur ex laesione offic. ind. l. 8. C. de restit. mil. † Nec obstat l. 1. ff. de minor. Nam clausula illa non intelligitur in omnibus negotijs ab ipsis gestis, sed tantum in ijs, quæ neglecta vel omissa sunt. Nec etiam l. 3. C. ex quibus caus. maior. Agendum igitur ordinaria via actionis. vid. Sich. in d. l. 2. n. 8. & 9.

D

Illud

## XXVI.

*Illud scrupulo non caret, an filia renuncians, si eam ante patrem obire contingat, praeiudicauerit nepotibus?*

¶ Negativa placet, licet pro se & filiis renunciauerit (quod displiceret Guid. Papæ. quæst. 228.) Tum (1.) quod renunciatio stricti iuris sit. d. l. 99. Tum (2.) quod tacitam conditionem habeat, si se vina hereditas delata fuerit, aut sine liberis decesserit. At qui conditio deficit. Ergo & conditio natum, ut non ex persona aliena, sed ex legis prouidentia & propria personaliberi sive nepotes succedant, quatenus scil. dotem maternam in reliquam hereditatem conferant. † Nec repugnat, quod ex persona heredis conditio obligationis non mutetur, l. 2. §. 2. de V. O. Quia illas dictas conditiones succedendo confirmingant turbato ordine representationis, Myns. resp. 50. n. 16. & seqq. † DISS. plur. relati à Pist. quæst. 7. n. 4. qui tunc demum ex successorio edito nepotes venire statuunt, quando mater nihil accepit: sed an recte ad eum casum restringat, amica collatio dabit. Facit (3.) quod dos non loco hereditatis sit, sed filia accepta demum dote hereditati renunciat. Addo (4.) quod quando super iure tertij iuratur, nihil fieri dicatur, c. veritatis. Extr. de iur. propter cal. dand. cum iudiciale iuramentum tantum liget heredem, l. 12. C. de reb. cred. Treutl. d. disp. 6. th. 6. l. g. Gothof. in not. add. l. 3. lit. d. ubi subiungit, ius representationis, parentes liberis auferre non posse, arg. l. 8. C. de Rer. don. † Sic nec ab hereditate aliunde, quam origine paternâ descendente, exclusa est: quia indefinita oratio odiosa, ad presentia restringitur Socin. in l. tres fratres 35. ff. de pact. † Quid si renuncians nullos adhuc liberos habeat, an propter superuenientiam liberorum reuocetur, ut accidit in specie arg. l. si unquam 8. C. de reu. dom. NEG. Tiraq. in d. l. 8. Couar. in d. cap. quamvis part. 3. §. 3. n. 8. (2.) Quia d. l. 8. loquatur in rebus & bonis iam quæsitis; Renunciatio autem in iure querendo, & ab incerto euentu dependente versatur. Et (2.) quod donatio non sit, ergo nec reuocabilis, sicut nec antea erat, quatenus nempe filia post patrem obit.

## XXVII.

*Quid si patri, cuius hereditati renunciauit filia, nulli præterea existent liberi tempore renunciationis?*

¶ Disting. Aut causa est expressa, ut si propter masculos renunciarit; & tunc

¶ tunc nato siue natis masculis firma manet renunciatio: aut propter tam  
masculos, quam fœminas; ¶ extendet se ad utrumq; sexum: aut propter  
solam dotem; ¶ exclusa est: aut sumus in dubio; ¶ admittetur: cum pa-  
rentes non præsumantur, eo fine extorsisse renunciationem, ut dotem solum  
numerent, quod tantum in consequentiam spectatur, sed principaliter fa-  
uore masculorum eam renunciasse iudicamus; Ergo cum non existent ma-  
sculi, potius ad filiam, quam ad extraneum deuoluetur hereditas, d. L. cum  
acutissimi 30. C. de fideicom. Hart. Pift. q. 6. num. 56. ubi varias limita-  
tiones vide, quas hic recensere ordinis & instituti ratio non patitur.  
† Enodationem meretur, & ille casus, si paterna hereditas Q.  
ad fratrum manus deuenerit, ijq; defuncti, nullo testamen-  
to relichto, decesserint, an adhuc filia siue soror exclusa sit?  
Negatiuè respondeo: Quia renunciatio in uno casu facta expreße, in alio  
tacite non inducitur: quotiescumq; enim duplii iure quid debetur, sublato  
uno aliud non exspiravit, nec amplius paterna, sed fraterna hereditas di-  
citur: unde sublato obstaculo, res ad pristinum statum reddit. Et sic ex per-  
sona fratris, soror ex novo iure deliberandi ad se transmissa, proxima est.

### XXIX.

Sed exclusa filia renunciatione, num ad constituendam  
legitimam, connumeretur, vt partem constituat, non inter  
omnes conuenit?

¶ Communiter affirmatur partem facere, licet non admittatur, ita ut  
portio eius, singulis pro rata accrescat, l. 17. ff. de inoff. testam. Geil. 2. obs.  
122. in fin. Pift. lib. 4. quæst. 8. nu. 1. & 2. Myns. 4. obs. 22. † DISS. Fach.  
lib. 4. controv. c. 31. & lib. 6. cap. 100. Guido Papæ, decis. 295. 245. & 599.  
Castr. in l. huiusmodi 84. §. si Titio 8. de legat. 1. † ALITER Maret. intr.  
de quartis, n. 75. cap. 12. qui distinguit, vtrum filia fauore fratrum re-  
nunciauerit, quod tunc neq; partem neq; numerum faciat, arg.  
l. 5. C. de inoff. don. vel vtrum patri dotanti in fauorem eius, suorum-  
que heredum, (quod in dubio præsumitur) quod tunc partem & nu-  
merum augeat: que pars reliquis accedit, alias enim absurdum contin-  
geret, filiam ex eodem patrimonio bis succedere, Vafq. lib. 6. quest. vsufr.  
c. 44. n. 4. † Secus in exheredato, l. 3. C. de inoff. testam. l. si post. 10.  
§. liberi. 4. ff. de bon. poss. cont. tab. §. si verò Auth. de nupt. l. planè 34.

D 2

§. si

§. si duobus. n. ff. de legat. i. Quia hic pro mortuo habetur; illa autem  
Q. sub conditione suspensa & exclusa est. † An igitur filia semel ex-  
clusa, semper exclusa sit? Nego per l. 68. ff. de R. I. ubi statuitur defi-  
ciente conditione locum non esse, benef. Myns. 10. resp. 96. n. 11. & seq. Geil.  
2. obs. 148. Non enim excluditur simpliciter, sed per quandam præexisten-  
tiam temporariam arg. tit. C. de don. quæ sub mod. ita ut suspensum ius esse  
ac dormiuisse, non expirasse dicatur, & retrò quæsum resuscitetur, quod  
antea potentia non exercitio competit, Myns. dec. 10. resp. 96. n. 11. & seq.  
Q. † Quid in feudis? Regulariter excluditur, text. in c. vn. §. quin et-  
iam, Episcop. vel Abbat. feud. pleb. dare non pos. 1. F. 6. Zaf. p. 8. epit. feud.  
n. 58. Tiraq. in d. l. 8. verb. suscepere liberos. C. de reu. don. n. 195. arg. c.  
vn. §. 3. de his qui feud. dare poss. lib. 1. Feud. Dec. in l. 2. n. 54. de Reg. I.  
Sich. in rubr. C. de iur. emph. n. 43. dummodo feudum non sit im-  
proprium, aut pacto prouisum, fœminas admitti debere sublatis  
masculis, tot. tit. de eo qui sibi vel hered. mascul. vel fœmin. inuest. accep.  
lib. 2. F. 17. Diligenter igitur ad statuta attendendum, utrum simpliciter  
an verbis temporalibus utentia loquantur (quousq., donec &c.) ut poste-  
riori casu, cessante favore conseruandæ agnationis, succedat, Myns. cent. 5.  
obs. 16. & cent. 6. obs. 79. cent. 2. obs. 7. Geil. d. loco per tot. † Vnde fit si  
fœmina generaliter bonis renunciet, in feudis succedere non pro-  
hibeat, si alias natura feudi id patiatur, Myns. cons. 92. n. 17. † Item  
filia iuxta tenorem d. n. c. quamuis renuncians, non excluditur à  
lucro à legibus delato liberis, si parentes ad secunda vota tran-  
sierint, de quo remissiū Geil. 2. obs. 98. n. 10. Sich. in  
l. 3. C. de sec. nupt. per tot.

## Coronis.

Numerum claudat nobilissimus ille casus sepius in facto con-  
tingens: Titius Molendinum habet in superiore parte fluminis &  
Caius in inferiore parte eiusdem fluminis vult aliud exstruere,  
queritur an liceat? Probo distinctionem Schneidevini in §. sum-  
ma autem diuisio, n. 55. Instit. de Interd. & Ferrar. inform. libel.  
act. confess. n. 6. 7. 8. & probatur arg. l. 8. §. 5. ff. siseru. vind. Dec.  
in l. 55. de R. I. l. 26. l. 24. ff. de dam. inf. l. 2. de aq. plau. arc. Geil. 2.  
obs. 69. n. 10. l. 3. ff. de oper. publ. Credi-

## II.

Creditor vigore pacti l.3. C. de pign. propria authoritate pos-  
sessionem apprehendens non incidit in pœnam l.13. ff. quod met. caus.  
Negus. tr. de pign. membro 3. part. 4. n.9. Sich. in d. l. Quia lex  
illa magis est consilij quam præcepti. Nam particula debet  
affirmatiuè posita non necessitat Gloss. in c. i. verbis: non po-  
test de R. I. in 6. & si maximè confiteatur reus debitū, & cre-  
ditor auctore præside inuadat, citationem ex humanitate l.  
de vnoquoq;. 47. ff. de re iudic. necessariam puto: libellum &  
processum non requiro, quia nullæ sunt partes iudicis in confessum,  
quam exequi. l. si debitori. 21. de iudic. cum in causis summarij, ut  
alimentorum, ad exhibendum & similium, quæ moram ferre non  
possunt, ne citatione quidem opus, de quibus Sich. in l.9. n.4. C. de  
iudic.

## III.

Pater in vita sua misit filium ad studia, cui aliquot sumptus  
& impensas subministravit: decedit pater, queritur an mortuo eo  
communibus expensis, inuitis fratribus, alendus? AEquior est af-  
firmantium opinio & maiorem redolent fauorem studiosorum: quia  
in dubio tacite se obligasse præsumitur parens, si in eadem  
voluntate perseverauit, l.50. ff. fam. hercisc. Ergo & heredes  
ad hoc obligati erunt, praesertim quando longo tempore se filius in  
studio continuit, nec in bonis suis ad absoluenda studia sufficientem  
portionem habet, per text. luculentum in l.20. §.6. ff. fam. herc.  
Sich. in l.18. C.d.tit. gl. in l.3. §.fin. de mun. & hon. Ferrar. in pr.  
libel. pro hered. vel re singul. diuid. n.24. & 25. arg. l.2. ff. ad muni-  
cip. l. Lucius 21. ff. ad municip. §.2. l.40. ff. pro Socio. † DISS.

Bart. per l. si filius 15. ff. de muner. & honor. l. 7.

§. is qui. ff. de decurionibus.

### Errata sic restitue.

In inscriptione: pro controversia: lege, as, in thes 18. ibi & si minus accepit. ad-  
de: ager. thes 19. ibi: emphyt. retenta liceat retinere: lege repudiare.

D 3

Doctif-

1757

Doctissimo Dn. Respondenti,  
**T H E O D O R O** Beinge.

**I**c ubi Martis opus didicit bene, pralia  
tyro  
**O**ptat, & audaci postulat armam anu.  
**H**actenus vndantis procuruo in litore Rheni,  
**Q**uà sedes Vbii quondam habuere suas,  
**L**egibus addictum Latiis videre sodales  
**O**mne per auctorum gnauiter ire genus:  
**J**ulian nunc cernit te nostra, docere paratum,  
**Q**uæ vigil impreßit cura laboreq; tibi.  
**A**udiat hoc genitorq; tuus, mitesq; patroni:  
**E**t quæ fama illis gratiор esse queat?


HENRICVS MEIBOMIVS,  
Poëta & Historicus f.

F I N I S.




(X2618032)

1617



in fin. ff. d.  
uris d. c. 3  
im erect  
tamen  
scription  
n. 123. &  
ssum ex  
patibul  
rat. in l. 3  
uper. c. 3  
Saxon. c  
is longissi  
2. tit. qu  
d nemo  
de offic. p  
ff. de va  
1. lib. i. d  
n. 17. Z  
28. Plu  
vlt. & I  
Ad Ref  
meu  
uotuple  
ac in qu  
lum vi  
modo  
cus est  
i cum fa  
ect a lab  
re inclyr  
mia: pr  
pia dog

F I



*Disputatio Iuridica, continens*

*Selectiores vsuq; frequentes aliquot controuersie ad l. fin.*

*C. de pact. & c. quamuis 2. eod. in 6. accommodatas.*

**PRAE SIDE HEN. AND. CRANIO D.**

*Respondente THEODORO VVEINGK.*

**M**ateriam hanc subtilitatem profundam, utilitate famosam, vsu frequentem, notabilem, auro argentoq; plenam, Bart. Castr. Ias. & Dd. commun. vno ore prædicant, eamq; perfectâ cognitione dignam, in l. fin. C. de pact. & c. quamuis 2. eod. in 6. commendando inculcant; horum itaq; doctrinæ posteritati relictæ & vestigijs inhærentes, operæ premium facturos nos existimamus, si breuiter eam certis cōclusionibus comprehensam examini publico subijciam⁹.

**CONCLVSI O I.**

**A**citâ naturæ lege, bona liberis deberi, satis pro regula fuisset, nisi malum illud omen de incremento litium, quibus non sine publico, priuatoq; discrimine vndiq; tribunalia fatigari cernimus, ad aliarum saluberrimarum constitutionem, Imp. animos impulisset.

**E**x ijs autem indubitata regulam agnoscimus, hereditatem vel ex testamento, vel ab intestato deferri posse; suis & proximioribus cuiuscunq; sexus vel conditionis, utrovis modo, §. 5. Inst. de exhered. lib. l. 4. C. de lib. præt. tam natis, quam nascituris, §. 1. Inst. d. t. Nou. 115. c. 3. §. fin. Inst. qui test. tutor. l. 5. 6. ff. de test. tut. & t. t. de hered. quæ ab intest. def. arg. l. quam diu. 39. l. 70. de acq. hered. Nou. 118. nisi ex legitima causa exheredentur: Extraneis, nisi sola institutione, vel substitutione, quatenus de iure habiles iudicentur. † Sed cum de forma testamentorum, & modis, quibus hereditas deferatur, hac vice pluribus agere non sit animus; sepositis ijs, in pactorum materiam circa successiones

A

siones

ca. 1614. 4/6 23 4